tionem uniuersaliter. 2^o ibi uniuersaliter quoadmodum.] Prima in duas, primo ponit determinationem sue questionis. 2^o declarat per exempla. 2^o ibi enim vero que est.] Hec est diuissio lectionis.] Ad primam partem sic procedit, primo continuando se ad precedentia dat intentionem suam: et dicit quod determinatis his, i.e. propositionibus de inesse: perspicuum est qualiter se habent affirmationes et negationes, i.e. contradictiones in istis modalibus: possibile est esse: non possibile est esse contingens est esse: et non contingens est esse: similiter de impossibili et necesse. Et dat causam intenti: quoniam aliquas dubitationes habent ille modales et de dubium habemus hic in hac arte determinandum.] Nam si eorum que complectuntur ille sibi inuicem opposite sunt contradictiones, quecumque sunt vel non esse disponuntur ei quod est esse hominem: negatio est ea que non est esse hominem, non ea que est esse non hominem: et eius que est esse album hominem: negatio est ea que est non esse album hominem: sed non ea que est esse non album hominem. Si enim de omnibus aut dictio aut negatio vera est lignum erit uerum dicere esse non album hominem.] Hic prosequitur et arguit quod in modalibus debent accipi contradictionia per negationem prepositam uerbo. Et intendit talim rationem: sicut se habet contradictione in propositionibus de inesse: ita in omnibus alijs propositionibus: sed in istis de inesse accipitur contradictione per negationem prepositam uerbo: ergo similiter in modalibus: et sic contradictione illis possibile est esse: est hec possibile est non esse: et non ista non possibile est esse: in hac ratione sic procedit: quia primo ponit minorem: et declarat eam. 2^o conclusionem inuendo maiorem. 2^o ibi quare si hoc modo.] Primo ponit maiorem: et dicit quod iste contradictiones eorum que complectuntur, i.e. componuntur propositiones de inesse sunt opposite sibi inuicem que sunt falso esse, i.e. uerbum affirmatum: uel non esse: id est uerbum negatum: et statim declarat istam minorem, scilicet accipitur in illis de inesse contradictione negatione preposita uerbo. Et primo in ista in qua predicatur hoc uerbum est 2^o adiacens: et dicit quod negatio istius esse hominem: hec est non esse hominem negatione preposita uerbo: et non hec esse non hominem postea declarat hoc: ubi hoc uerbum est est tertius adiacens: ibi et quod est albus hominem.] Et dicit quod negatio huius est albus hominem: et est hec non esse albus hominem: non hec esse non albus hominem. Et statim probat hoc et dicit: si enim de omnibus ubi uult hoc probare: quod istius homo est albus sit negatio illa homo non est albus: et non illa homo est non albus: et hoc tali ratione. De quolibet affirmatio uel negatio uera est: id est semper altera contradictione potest dici de quolibet: nunc autem falsum est dicere lignum est homo albus: ergo esset uerum dicere lignum est homo non albus: sed hoc est falsum: ergo ista non est contradictione illius. Quare patet quod hec homo est non albus: non est negatio illius: homo est albus: sed ista homo non est albus. Postea declarat in alijs in quibus, scilicet hoc uerbum est: non predicatur ibi.

Quod si hoc modo: et in quantitateque esse non addituri idem faciet quod pro esse dicitur: ut eius que est ambulat homo: negatio non est ea que est ambulat non homo: sed que est non ambulat homo.] Huius enim differt dicere hominem ambulare uel hominem ambulantem esse. Qua-

In prop[ri]etate de in esse sed in uicem sunt contradictiones quecumque sunt falso esse, i.e. uerbum affirmatum: uel non esse: id est uerbum negatum: et statim declarat istam minorem, scilicet accipitur in illis de inesse contradictione negatione preposita uerbo.

Lib. II.

re si hoc modo in omnibus et eius que est possibile esse; negatio est possibile non esse; non ea que est; non possibile esse.

CEt dicit quod in quibuscumque enunciationibus hoc uerbū est; non predicat idem est uel facit utputa in quibus ponit uerbum adiectivū; quod uerbu[m] adiectivū ponit loco illius. s. esse. i. illud uerbu[m] quod accipit pro simile; ut exēpli gratia huius homo ambulat. est negatio ista; homo non ambulat. et non ista; non homo ambulat. Postea inuit minorē cum coēclusione principalis rōnis; et dicit quare si hoc modo est in omnibus alijs enunciationibus sicut in istis de inesse. i. quod negatio debet ferri ad uerbum cē in illis de modo; negatio debet ferri ad uerbu[m]. Nam huius possibile est cē negatio est hec; possibile est non esse; et non hec; non possibile est non esse.

CUicetur autem idem posse et esse. et nō esse. Omne enim quod est; possibile dividitur in ambulare; et non ambulare; et non dividit possibile est. Ratio autem est; quotam omne quod possibile est sic; non semper in actu est. quare inerit etiam negatio; potest igitur et non ambulare; quod est ambulabile; et non videri; quod est visibile. at vero impossibile est de eodem oppositas esse ueras contradictiones; non igit eius que est possibile est esse negatio est; possibile est nō esse.

CHic arguit ad partē ueram per duas rōnes. s. quod contradictionia huius; possibile est esse; non sit hec; possibile est non esse. et hoc per talē rōnem. Impossibile est duabus contradictionis simul esse ueras; sed iste due sunt simul uerae. s. possibile est esse et possibile est non esse. nam illud quod est possibile esse; est possibile non esse; ut possibile est aliquādō ambulare; et similiter non ambulare; et sicut possibile est aliquid dividit sic similiter non dividit est possibile.

Contigit enim ex his; aut idem ipsum dicere et negare simul de eodem; aut non sum esse; nō esse que apponunt fieri affirmationes et negationes. Si ergo illud impossibile est; hoc crit magis eligendum. Est igit negatio eius que est possibile esse; que est non possibile esse; et ea que est possibile non esse; et in eo quod est contingens esse; et in alijs quoque simili modo; aut in necessario et impossibili.

Chic declarat per alias rōnem quod contradictionia huius; possibile est esse; non sit hec; possibile est nō esse. Et oicit quod contingit unum de duobus facere uel affirmare et negare de eodem. i. quod due contradictiones sunt simul uerae; uel quod non accipiunt affirmationes et negationes. i. contradictiones sunt esse; uel per negationem propositam ad uerbum; sed impossibiliter est quod due contradictiones uerificantur de eodem; ergo oportet dicere quod sunt contradictiones in his propositionibus modalibus per negationem propositam modo et uerbo; ita quod contradictionia huius; possibile est esse; sit hec; non possibile est esse; et non ista; possibile est non esse; et similiter huius; contingens est esse; contradictionia sua est hec non contingens est esse; et non hec; contingens est non esse; et hoc cocludit ipse in illa parte est ergo.]

CSunt enim quēadmodum in illis esse et non esse appositiones subiecta vero res; hoc quidem albus; illud vero homo. Eodem quoque modo hoc loco esse quidem et non esse ut subiectū sit; contingere vero et posse appositiones determinātes; (quemadmodum in illis esse et non esse) uerita-

tem uel falsitatē; familiārē he in eo quod est esse possibile et esse non possibile. Eius vero que est possibile est non esse; negatio est non ea que est non possibile est non esse; et eius que est possibile est non possibile est esse; sed ea que est non possibile est non esse; quare et sequi sele inuicem ut debunt; possibile est esse; et possibile est non esse idem enim possibile est esse; et non esse. Nō enim contradictiones sibi inuicem sunt huiusmodi; possibile est esse; et possibile est non esse; sed possibile est esse; et non possibile est esse; nō enim simul in eodem uere sunt; tamen nō enim. At vero possibile est non esse; et non possibile est non esse; nō enim simul sunt. Similiter autem et eius que est necessarium esse; negatio non ea est necessarium non esse; sed ea que est non necessarium non esse; rea que est nō necessarium non esse; et eius que est impossibile est esse; non ea que est impossibile non esse; sed non impossibile esse; rea que est impossibile non esse; rea que est nō impossibile est non esse.

Chic conclydit determinationē dubitationis; et intēdit talē rōnem. Sicut in propositionibus de inesse vero uerba sunt predicata; res autem subiecta in propositionib[us] modalibus uerba sunt subiecta; modi autem sunt predicta seu determinationes predicata; sed in illis de inesse ad habēdam contradictionem addit negatio ipsi uerbo; ergo in modalibus ad habēdam contradictiones addit negatio ipsi modo. Et ex hac rōne apparet solutio argumenti in contradictionē facilius quēadmodū in illis de inesse sunt: eodem modo in illis de modo rationem aliam ponit in littera. Postea declarat hoc per exempla; ut negatio huius possibile est non esse. est hec non possibile est nō esse; addēdo negationem modo. Et dicit postea quod iste due possibiles est esse; et possibile est non esse; in quibus negatio est proposita uerbo; non sunt contradictiones; immo bene coēquentur se iste due; negatio huius possibile est esse; est non possibile est non esse; et non possibile est non esse; sunt etiam contradictiones et nunc erunt simul uerae. Declarat hoc etiam in alijs; quod negatio huius; necesse est esse; nō est hec; necesse est non esse; sed hec; nō necesse est nō esse; quod per negationem propositam modo. Similiter huius; impossibile est esse; et eius negatio non est hec; impossibile est non esse; sed ista; non impossibile est esse; et huius; similiter impossibile est nō esse; negatio eius est hec; nō impossibile est non esse.

CUniuersaliter vero quēadmodū dictum est: esse quidem et non esse; oportet ponere quēadmodū subiecta negationē vero et affirmationē hec scilicet ad esse et nō ad esse disponere; et has putare oportet esse oppositas dictiones et negationes; possibile et nō possibile; contingens et non contingens. Impossibile nō impossibile; necesse non necessarium; uerum non uerum.

CHic p[ro]p[ter]e epilogat seu concludit determinationes sue dubitationis dices; quod uniuersaliter esse et nō esse in uerbum affirmatum et negatum oportet ponere subiecta in propositionibus de modo; et negationē et affirmationē addere ad unum terminum scilicet ad modum. Et dicit quod oportet has opinari oppositas dictiones; id est affirmationes et negationes ut possibile est esse; non possibile est esse; et sic de consumilibus propositionibus modalibus.

Contradiccio in modo non uerum per negationem modo.

Deierimenias

Queritur Utrum hec sit vna sortes et plato currunt uel plures? Et videtur quod sit vna, nam 13 plura subiciantur tunc ut unum attribuitur predicato: quare videtur quod sit vna. **Preterea** illa, ut accipit copulata de copulato subiecto categorica est, ergo videtur quod sit vna. **Preterea** ipsa silogis

cabilis est: quare videtur quod sit vna et non plures.

In oppositū tamen arguitur per diffinitionem superius datam positionis plures: quod plures est: quando plura subiciuntur: uel predicantur: sed hec sortes et plato currunt plura subiciuntur: ex quibus pluribus non sit vnu, nam ex sorte et platone non sit vnu. **Preterea** non habet negationem vnam: quare videtur quod non sit vna: quod negatio huius sortes et plato currunt est: nec sortes nec plato currant. **Ad** hanc questionem dicunt quidam quod si accipiatur hec oratio prout potest esse composita: vel ouis: plures est. sed si accipiatur prout est de copulato subiecto et composita: tunc dicunt quod est vna: quod totu3 hoc sortes et plato attribuitur ut vnum ipsi predicato: ideo dicitur quod est vna: sed hoc non est uerum km diffinitionem datam superius de enuntiatione plures: quod illa est plures in qua plura subiciuntur: uel predicatur: et ibi subiciuntur plura, ergo necessario erit plures: et hoc est ueru3. **Ad** argumenta. **Ad** primum dicendum: cu3 dicis quod hie plura subiciuntur tamen ut vnum attribuuntur predicto. Dico quod non sufficit ad unitatem enuntiationis immo requiritur quod faciant vnum per essentiam: et propter hoc non est vna. **Ad** aliud cu3 dicis: quod illa est categorica quod accipiatur de copulato subiecto. Dico quod hie sit categorica erit tunc propter hoc vna: quod categorica bene potest plures: ut ista canis currat: hie categorica sit tunc cu3 hoc est plures. **Ad** alio iā patuit superius. Relipodeo: quod propositione plures: uera in utroque sensu: bene potest esse silogisabilis: similiter ista est talis. **Per** eadem argumenta possit probari: quod hec esset vna: ista sunt bona: similiter de ista: homines currunt: sed non oportet hoc toties iterare. Et dicunt quidam quod iste illa sunt bona: homines currunt non sunt plures: sed quelibet earum est vna: quod non subiciuntur plura ut plura: sed ut vnum: sed dicitur breuiter sicut in precedentibus quod similiter plures sunt cum dicitur: ista sunt bona: si ista habet ad minimo duo demonstrare: et ita demonstrat plura: pariter dicendum est de ista: homines currunt: quare simpliciter dico quod sunt plures.

Queritur Utrum hic sit nugatio: animal bipes: uel animal rationale: quod id est? Et videtur quod sic: nam hic est nugatio animal homo: cum vnum in altero intelligatur: ut vult philosophus in littera, ergo similiter hic est nugatio animal bipes: seu animal rationale: cum in rationali animal intelligat: sicut superius in inferiori intelligi. **Preterea** hic est nugatio (ut vult philosophus) si dicas homo bipes: uel homo rationalis: quare videtur similiter hic esse: cu3 dicitur: animal bipes uel animal rationale. **Ad** hanc questionem dicendum est: km quod potest accipi ex dictis Aristotelis in libro elencorum in illa parte, de facere autem nugari non est nugatio, hic animal bipes: uel animal rationale. Nam ut ibi innuit pbs aliquid potest intelligi in alio dupliciter, aliquid enim dat intelligere aliud et hoc per dependentiam quam habet ad illud: et quod non sit designatio illius: et istud tale si addatur solum: quod non sit de significato ipsius non est nugatio: ideo hic non est nu-

gatio nasus simus: neque homo risibilis: cum vnum de significato alterius non sit: nec si vnu correlarium additur alterius: ut pater et filius uel filii: sed quando vnum est de significato alterius tunc semper est nugatio: si addatur ut homo animal: et sic de consimili bus. bene autem differentia est extra naturam generis: ita quod vult philosophus in sexto topicorum, quod genus non predicatur per se de differentia, nam se queretur quod vnum animal esset plura animalia, et sic ex his patet quod in significato differentiae per se non includatur genus. Et si addatur differentia generi: non erit nugatio, nam manifestum est quod genus in suo significato aliquam speciem non includit, nam eas habet potestate: actu vero nullas. Quare cum vnum non sit de significato alterius: non est nugatio animal rationale: uel aial bipes. **Preterea** sequeretur si ibi esset nugatio: quod in omni diffinitione bona esset nugatio: hoc autem est falsum: quare et illud et sic non est ibi nugatio. **Ad** argumenta dicendum. **Ad** primum cu3 dicitur aial homo: seu homo animal: semper erit nugatio. Concedo, quod de significato hominis est animal: sed non est de significato dñe neque per se predicatur de illa ut patet per pbs, et ideo non est ibi nugatio. **Ad** aliud cu3 dicis quod hie est nugatio: homo bipes uel homo rationalis. Concedo, nam bene differentia est de significato ipsius speciei quam constituit: ut rationale bene est de significato ipsius hominis: ideo ibi est nugatio homo bipes: sed non est de significato aialis: ideo non est ibi nugatio aial bipes: sed si ipsi animali adderetur differentia constitutiva: tunc bene esset nugatio animal gressibile et sic patet in quibus habet esse nugatio tunc quibus non: nam si addatur differentia generi non est nugatio: tamen si species ad datur generi: bene est nugatio: ut dicendo animal homo: uel homo animal.

Onseque[n]tie vero km ordinem fiunt ita ponentibus. Illi enim que est possibile est esse, illa que est contingens est: et hec illi convertitur non possibile esse, et non necessarium esse. et non contingens non esse. Illi vero que est non possibile non esse, et contingens non esse, ea que est non impossibile non esse, et non necessarium non esse, Illi vero que est non possibile esse, et non contingens esse, illa que est impossibile est esse. et non contingens non esse. Illi vero que est non possibile non esse, et non contingens non esse, illa que est impossibile non esse et necessarium esse. Consideretur autem ex subscriptione: quemadmodum dicimus.

Superius Philosophus posuit oppositio nem propositionum modalium hic ponit consequentiam sive equipollentiam carum. Et habet duas, Nam primo ponit consequentiam istarum km opinionem aliorum, secundo km opinionem propriam, secunda ibi ergo impossibile.] Prima in duas, Nam primo ponit consequentiam km opinionem aliorum, Secundo declarat hoc in figura secunda ibi consideretur aut.] Illa pars ergo impossibile,] habet duas, nam primo ostendit in quibus bene dixerunt, secundo in quibus male, secunda ibi necessarium vero,] Prima in duas, primo proponit, secundo declarat, secunda ibi illud enim quod est,] Illa pars in necessarium,] habet duas, nam primo destruit opinionem eorum quantum ad male dicta, Secundo ponit propriam opinionem, secunda ibi san certe,] Prima in duas, nam primo dicit quod ista de necessitate non

Ben no
dicat p
se de dif
ferentia: et
ro dicit,

In qbus
sit nuga
tio et in q
bus no

Que reg
ratur ad
unitatem
enuntiationis

Quo p
po plres
fit filolog
zabilis

Lib. II.

sequitur eodem modo ad impossibile sicut ista de impossibili. Secundo dat causam huius. secunda ibi causa autem est. Prima in duas primo facit quod dictum est. Secundo hoc improbat secunda ibi contingit enim esse. Illa pars an certe habet duas. nam primo ponit quod ad impossibile sequitur non necessarium non esse. Secundo mouet dubitationem secunda ibi dubitabit aut. Prima in duas primo facit quod dictum est. Secundo epilogat secunda ibi sequitur igitur. Prima in tres. nam primo probat quod ad hanc possibile non est esse. Sequitur illa: non necesse est esse. Secundo probat quod iste non sequuntur ad illam. scilicet necesse est esse; et necesse est non esse. Tertio concludit quod sequatur illa non necesse est non esse. secunda ibi: At vero neque. Tertia ibi relinquit ergo. Hec est divisio lectionis. Ad primam partem sic procedit. ponit consequentiam istarum modalium. Nam opinionem aliorum. Et dicit quod consequentie istarum modalium: et enunciationum de modo: sunt ponentibus ita: ut dicatur Nam ordinem: Nam quem ab aliis opinatur: et non Nam opinionem propriam: et ponit quatuor ordines modalium. Et primo de primo ordine agit dicens: quod illique est possibile esse: consequitur illa. contingit esse et idem ualeat: et convertitur cum causa: et quantum ad hoc bene dicebant: et illi que est: non impossibile est esse: consequitur illa non necesse est esse: sed in hac ultima errauerunt illi que est: possibile est non esse: sequitur contingens non esse: et quantum ad hoc bene dicebant: et non impossibile non esse: sequitur non necesse est non esse: et in hac ultima errauerunt: sed isti non possibile est esse: consequitur non contingens est esse et impossibile est esse: sequitur necesse est non esse: in omnibus his bene dixerunt: similiter in his non possibile est non esse: non contingens: est non esse: impossibile est non esse: necesse est esse: et totum hoc declarat in figura cum dicit [considerantur aut.] et ponit tales figuram.

Consequentes se et est primus ordo.

Possibile est esse. Contingens est esse.

Consequentes se.

Non impossibile est esse. Non necesse est esse.

Secundus ordo et ex se consequentes.

No impossibile est non esse. Non necesse est non esse. Possibile est non esse. Contingens est non esse.

Tertius ordo consequentis.

Impossibile est esse. Necesse est non esse. Non possibile est esse. Non contingens est esse.

Quartus ordo: et ex consequentes se.

No possibile est non esse. No contingens est non esse. Impossibile est non esse. Necesse est esse.

Ergo impossibile et non impossibile illud quod est contingens: et possibile: et non contingens: et non possibile sequuntur quidem contradictione sed conuersim. illud enim quod est possibile esse negatio impossibilis sequitur: negatione vero affirmatio nam illam non possibile esse ea

que est impossibile esse. Affirmatio enim est im possibile esse: negatio vero non possibile.

Hic ponit propter opinionem istorum quantum ad corrum bene dicta. Et intendit hic arguere per talcm rationem. Ad negationem possibilis sequitur affirmatio impossibilis: et ad affirmationem possibilis sequitur negatio impossibilis: ergo ad non possibile et non contingens sequitur contradictione impossibile et conuerso: sed hoc ponebat corum ratio. ergo est bona. In hac ratione sic procedit: quod primo ponit conclusionem. 2º antecedens. 3º declarat quoddam dictum scilicet quid sit affirmatio et negatio: quod dixerat quod negatio impossibilis sequitur ad possibile: et affirmatio impossibilis negationem possibilem. Et dicit quod affirmatio est impossibile: sed negatio non possibile: uel non contingens: et ita declaravit.

Necessarium vero quemadmodum sit considerandum est. Manifestum est autem quoniam non eodem modo sed contrarie sequuntur. Contradictorie autem sunt extra. Nam enim est negatio eius: que est necesse non esse. non necesse esse. Contingit enim in eodem ueras esse utrasque. Quod enim est necessarium non esset non est necessarium esse.

Hic ostendit in quibus male dixerunt. Et primo dat intentionem suam. Secundo prosequitur cum dicit [manifestum.] Et dicit propter manifestum est quod ista de necessario non sequitur eodem modo ad possibile. in primo et secundo ordine sicut illi dicebant: sed contra ita quod illa de necesse quam ponebant in primo ordine: ponat in secundo: et cetero illa quam ponebat in secundo: ponatur in primo: sicut ista de impossibili: sed in primo ordine ponebat quod eodem modo sequeretur. ergo eorum opinio falsa est quantum ad istam partem. Dicit ergo propter manifestum ista de necesse non sequit eodem modo ad possibile: sicut illa de impossibili: sed dicit quod contrarie sequuntur eodem modo: hoc est dictum: si necesse accipiat contrarie. scilicet negatione proposita: dicendo non necesse est non esse: tunc bene queretur eodem modo ad possibile sicut illa de impossibili: sed sicut ipsi ponebant contradictione sunt extra. scilicet extra locum suum. nam propositiones que sunt in primo et que sunt in tertio ordine contradictione debent esse: sed ipsi ponebat in primo ordine haec: non necesse est esse: et in tertio hanc necesse est non esse: sed iste due non sunt contradictione: ideo dicit quod contradictiones sunt extra locum suum: quod non sunt illae de necesse in primo et tertio ordine contradictione sicut debent esse. Et statim declarat quod iste non sunt contradictiones: non necesse est esse et necesse est non esse: cu[m dicit] contingit enim. Et hoc per rationem cum dicit impossibile est duas contradictiones simul esse ueras sed istas duas contingit simul esse ueras. scilicet non necesse est esse: et necesse est non esse: quare non erunt contradictiones: et ita contradictiones sunt extra locum suum. quod autem illae due sunt simul uere patet. nam uerum est dicere lignum necesse est non esse hominem: et similiter hec est uera: non est necesse lignum esse hominem: et ita cum ambe sint simul uere: non erunt contradictiones: et ita contradictiones sunt extra suum locum: quod non sunt in tertio ordine et in primo.

Causa autem est: cur non sequitur similiter cum ceteris: quoniam contrarie impossibile est se: necessario redditur idem ualens. Nam si possibile est esse: necesse est hoc non quidem esse: sed potius non esse. si vero ipso est non esse. Nam necessarium

est esse, quare si illa similiter sequantur: possibilis: et non possibilis; hec econtrario quoniam non idem significat necessarium et impossibile; sed quemadmodum dictum est conuersum.

Hic reddit causam illius quod dixerat: dixit enim superius: quod illa de necesse non: non sequitur eodem modo ad possibile; sicut illa de impossibili modo reddit causam: et dicit quod illa de impossibili contrarie sumpta: redditur idem ualens ad necesse: et econuerso illa de necesse contrarie sumpta: redditur idem uales ad impossibile; quia necesse est non esse: ualeat tantum sicut impossibile est esse. Et ideo cum ista de necesse contrarie sumpta: ualeat tamen sicut impossibile: quando erit sumpta contrarie: sequitur ad possibile sicut impossibile per negationem prepositam equipollent ad possibile: igitur illa de necesse contrarie sumpta: per negationem prepositam consequitur ad possibile: ita dicendo non necesse est non esse: hoc dicit in ilia parte.

Can certe impossibile est sic ponit necessarij contradictiones. Nam quod est necessarium esse, possibile est esse. Nam si non: negatio sequitur necesse est enim aut affirmare aut negare. Quare si non possibile est esse, impossibile est esse, igitur impossibile est esse: quod necesse est esse quod est inconueniens. At vero illud quod est possibile esse, non impossibile esse, sequitur: hoc vero illud quod non est necessarium esse. Quare contingit quod est necessarium esse non necessarium esse, quod est inconueniens.

Hic philosophus ponit consequiam illius de necesse secundum opinionem propriam. Et intendit talem rationem. Ad possibile aut sequitur non necesse est esse: aut necesse est non esse: aut non necesse est non esse: sed primo non sequuntur. ergo per locum a divisione concludit inferius: quod sequitur hec non necesse est non esse. Primo probat quod illa non necesse est esse non sequitur ad hanc possibile est esse: sed bene ad istam necesse est esse: sequitur ergo possibile est esse. Et probat istam consequiam: quia non sequitur. Da oppositum consequens: non possibile est esse est oppositum: sed ad istam non possibile est esse: sequitur impossibile est esse: sed ista impossibile est esse non potest stare cum prima: sed cum ista necesse est esse, ergo tenet ista consequentia: necesse est esse. ergo possibile est esse. Sed ulterius ad istam: possibile est esse sequitur non impossibile est esse: sed ad hanc non impossibile ut ipsi ponunt in prima figura seu linea: sequitur ista non necesse est esse, ergo a primo ad ultimum ad istam necesse est esse: sequitur non necesse est esse: que est sua contradictionia quod est inconueniens. ergo patet quod ad istam possibile est esse: non sequitur ista: non necesse est esse: quia sequeretur inconueniens: ut vixum fuit.

At vero neque necessarium esse sequitur ea: que est possibile esse, neque necessarium non esse. Illi enim utraq[ue] contingit accidere. Horum autem utrumlibet uerum fuerit: non erunt illa uera. Similiter enim possibile est esse: et non esse. Si vero necesse est esse, uel non esse, non erit possibile ut vixum.

Hic intendit probare quod ille necesse est esse: et necesse est non esse: non sequuntur ad illam possibile est esse. Et hoc per talem rationem consequens potest stare cum antecedente: sed ille due scilicet necesse est esse: et necesse est non esse: non possunt stare cum ista pos-

sibile est esse. ergo non sequuntur ad illam: sed quod iste due: scilicet necesse est esse: et necesse est non esse: non possunt stare cum ista: possibile est esse: patet. Non possibile se habet ad esse: et ad non esse: sed ista necesse est esse dicit solum esse: et interim non possibile pro altera parte: scilicet prout ad non esse se habet: similiter ista: necesse est non esse solum ad non esse se habet: et ideo si aliqua istarum sit uera: scilicet necesse est esse: uel necesse est non esse: non erit ista uera possibile est esse. Quare patet quod iste non sequuntur ad illas.

Relinquitur igitur non necessarium non esse. sequi eam que est possibile esse. Hoc enim uero est: et de necesse esse.

Probatuz est similiter quod ad istam: possibile est esse non sequitur: nec ista necesse est esse: nec ista necesse est non esse. Ex hoc concludit ulterius: quod relinquitur quod illa sequatur: scilicet non necesse est non esse: per locum a divisione. Et dicit postea: quod manifestum est uerum est de necesse non esse: lege igitur istam litteram hoc est uerum de necesse non esse: quod ista non sequitur ad possibile ut probatum fuit statim.

Hec enim fit contradictionis eius que sequitur illam que est non possibile esse. Illam enim sequitur ea que est non impossibile esse. et necesse non esse: cuius negatio est, non necesse non esse. Sequitur igitur et he contradictiones secundum predictum modum: et nihil impossibile contingit sic positis.

Hic ostendit quod hec de necesse sequatur ad possibile. Et dicit quod hec de necesse que sequitur ad possibile fit contradictionis: id est contradictionia illius que sequitur ad impossibile: scilicet necesse est non esse: modo contraria huius: scilicet necesse est non esse: que sequitur ad possibile est illa non necesse est non esse: per negationem prepositam: ergo illa non necesse est non esse: sequitur possibile est esse: hoc est uerum. Quare concludit ulterius: quod he contradictiones secundum predictum modum sequuntur: sicut vixum est.

Queritur **U**trum sequatur homo mortuus ergo homo? Et videtur quod sic, nam bene sequitur homo mortuus, ergo mortuum, ergo similiter videtur quod sequatur homo mortuus, ergo homo. Et ratio tenet, nam in hoc quod dico homo mortuus: includitur ita bene ut homo sicut ut mortuus: quod re videtur quod ita possit inferri vixum: sicut reliquum: quare et ceterum. Secundo arguitur: quandoconque duo contradictionia in aliquo includuntur: utrumque licet inferre: ueluti si dicatur sicut soror currit: et non currit: modo licet inferre, ergo sorores currit: et similiter sorores non currit: sicut hic cum dicitur homo mortuus includuntur duo contradictionia, nam per hunc homo includitur ibi vixum: et hunc mortuum includitur non vixum: et ideo cum ibi duo contradictionia includatur poterit utrumque inferri: et ita sequitur homo mortuus: ergo homo.

Tertio arguitur ad totum integrum sequitur que libet eius pars: dominus est: ergo paries: sed totum hoc est quoddam totum integrum. ergo ad ipsum sequitur eius pars: et sic sequitur homo mortuus. ergo homo.

In oppositum dixit philosophus superius quod si feratur homo mortuus: ergo homo: est oppositio in adiecto. Ad hanc questionem dicendum breviter: notandum tamen primum quod homo significat hominem uerum: in cuius significato vixum includitur et signi

sicut hominem mortuum: tamen illa duo significat equiuoco: quia per prius significat hominem uerum et per posterius et per quadam similitudinem hominem mortuum: quia est similis in dispositione membrorum cum homine vivo. Nunc autem si et multoties dictum est: quando aliquid dicitur de duobus ita et de uno per prius et de reliquo per posterius: si per se sumat intelligere de eo de quo per prius dicitur in communu usu: non quetiam de alio possit intelligi. Ideo dico ex his et cum ita dicit homo mortuus ergo homo: ibi si homo stat pro secundario significato: sed si inferatur simpliciter stat pro eodem de quo per prius dicebatur: scilicet de homine uero: et ideo non licet inferre homo mortuus ergo homo: et hec est causa. Tamen intellige et si si homo acciperet in ista homo mortuus pro priori significato: tunc in hac homo mortuus includerentur duo opposita. Et tunc dico et bene licet inferre utrumque: et possem dicere homo mortuus. ergo homo: sed quia non accipit ibi pro priori significato: ideo non sequitur homo mortuus ergo homo. Ad argumenta patet solutio per hec. Ad primum cuius dicas: bene sequitur homo mortuus ergo mortuus. Secundo: sed non ita homo mortuus ergo homo. Nam ut uisus est superius si homo per se accipiat intelligit de horum significato. Ad 2^m quoniam dicas et quandocunq; duo contradictoria in aliquo includuntur tunc licet utrumque inferre. Secundo: sed hic homo mortuus: si si homo accipiat pro secundario significato sive pro homine mortuo non includunt ibi duo opposita: et ideo non oportet utrumque inferri ut patet. Ad 3^m cum dicas: et ad totum integrale sequitur quelibet eius pars: ut domus est. ergo partes est. Secundo: unde cum dico homo mortuus bene est quodam tam totum integrale ex uocibus ideo ad illud compositum ex uocibus homo mortuus poterit sequi hec uox homo: sed quantum ad significata homo mortuus non est totum integrale: ideo non sequitur homo mortuus ergo homo.

Unabit autem aliquis si illud quod est necessarium esse, possibile esse sequitur.

Superius p[ro]p[ter]e posuit oppositionem et consequiam propositionum modalium. hic mouet quandam dubitationem circa precedentia et habet duas. Nam primo mouet dubitationem et solvit. Secundo ponit ordinem istarum propositionum modalium. 2^a ibi et est quidem fortasse. Prima in duas nam primo mouet dubitationem. Secundo solvit. 2^a ibi manifestum est. Prima in duas primo mouet dubitationes. Secundo arguit. 2^a ibi nam si non. Hec secunda in duas nam primo arguit ad unam partem. Secundo ad alias. 2^a ibi At vero rursus. Sequitur illa pars manifestum est et h[ab]et duas nam primo ponit duas distinctiones secundo ex illis concludit solutionem dubitationis. 2^a ibi Quare quoniam. Prima in duas enim duas distinctiones quas ponit. 2^a ibi Quedam vero potestates. Prima in duas nam primo ponit quandam distinctionem. 2^a distinguat alterum membra. 2^a ibi Irrationabile vero non oportet. Seq[ue]t illa pars quedam vero. Et h[ab]et duas nam primo distinguat per se. 2^a ostendit in quibus habet esse illa pars. 2^a ibi et hec quidem in solis mobilibus. Seq[ue]t illa pars et est quidem fortasse. Et h[ab]et duas nam primo ponit ordinem istarum modalium. 2^a probat. 2^a ibi manifestum est. Hec 2^a in duas nam probat quod ille de necessitate debet procedere alias. 2^a considerat alterum ponit quandam distinctionem. 2^a ibi et hec qui

d[icitur] sine probate. Hec est diuissio lectionis. Ad primam parte mouet dubitationem ex predictis suis ex precedentiis incidentem. Dicit enim superius: et ad necessitate sequitur possibile. nunc dicit et aliquis dubitat: utrum possibile sequatur ad necessitate vel non. hec est dubitatio quam mouet.

Nam si non sequatur contradictione sequitur non possibile esse. et si quis dicat hanc non esse contradictionem necesse est dicer et possibile non esse sed utrumque false sunt deinde necesse esse.

Hic arguit: et primo quod sequatur nam si non sequitur ergo oppositum: non possibile est esse: sed ad istaz sequitur impossibile est esse et illa non potest stare cum prima sive hoc necesse est esse ergo prima continua erat bona et ad necessitate sequitur possibile. Et si tu diccas quod per haec dicitur quod illud possibile est esse non est h[ab]et dictoria illa non possibile est esse: sed op[er]e quod illa sit possibile est non esse: sed ista non potest stare cum prima sive hoc necesse est esse: immo est sua dictoria. quod prima continua bona erat. Necesse est esse ergo possibile est esse ratione est quod oppositum continua non potest stare cum ante: ideo consequentia est bona. Unde dicit ipse quod utrumque false sunt: scilicet non possibile est esse et possibile est non esse: ideo nulla istarum potest stare cum illa: necesse est esse et hoc est quod dicitibi.

Cult vero rursus idem videtur possibile scidit: et non incidit: et esse et non esse quare erit necesse esse: contingere non esse. hoc autem falsum est. Hic arguit in contrarium: scilicet quod ad necessitate non sequitur possibile per talen rationem. Illud quod est possibile: potest esse vel potest non esse. ergo si ad necessitate sequitur possibile quod est necesse poterit non esse: et sic ad necesse esse: sequitur possibile non esse: quod est suum contrarium vel contradictorium: hoc autem est impossibile: quod ad unum contradictioniorum sequatur reliquum. ergo patet quod ad necessitate non sequitur possibile: quod inconveniens sequeret.

Agnosticum est autem quoniam non omne possibile: vel esse: vel ambulare etiam opposita ualeat: sed est in quibus non sit uerum. et primum quidem in his que non sunt rationem possunt: ut ignis calefactivus est: et habet vim irrationabilem: ergo non rationem potestas ipse eedes plurimum etiam contrariorum sunt.

Hic sedit soluere: sed antea soluat: ponit duas distinctiones ex quibus postea concludit sua conclusiones: prima est: quod dicit mō quod illud quod est possibile potest esse: et potest non esse. dicit quod manifestum est ex hoc quod non possibilis ualeat ad oppositam sive ad esse non esse: et per hoc inuit quod duplex est possibilitas: quod enim est que est in rebus irrationalibus. Alio in rebus rationalibus: illa que est in rebus irrationalibus non ualeat ad oppositam in igne est possibilitas ad calefacientem ita quod semper habet caleficere et non ualeat ad oppositam potest: sive ad non calefacientem sed partes que sunt non rationem ille sunt plurimorum contrariorum: ut homo potest dormire et non dormire et ad plura alia opposita: quia habet potestatem rationalem.

Irrationabiles vero non omnes sed quaeadmodum dictum est: ignem non est possibile caleficere: et non calefacere neque quecumque alta semper agunt: alia vero possunt et sunt irrationalibus potestates simul opposita recipere: sed hoc idcirco dictum est: quoniam non omnis potestas oppositorum est: nec quecumque sunt eandem speciem dicuntur.

Hic subdividit alio membra vel remouet dubium. Di-

xit enim quod potestates irrationales non ualent ad opposita: dicit quod hoc non est uerum in omnibus irrationabilibus potestatibus: quia bene sunt quedam potestates irrationales que ualent ad opposita: ut potestas bouis ualent ad opposita ut ad ambulandum et non ambulandum: sed quedam sunt que habent potestatem irrationalem: et agunt semper ut ignis: et talis potestas non ualent ad opposita. ideo dicit idcirco dictum est quoniam non omnes potestates sunt oppositorum: id est ualent ad opposita. neque etiam oes ille que dicuntur sibi eandem speciem. i. potestates irrationales que dicuntur sibi speciem: quia sunt sub specie irrationali: ualent ad opposita: sed quedam sicut quedam non: ut visum est superius. Et hoc dicit ibi. Neque quaecumque sibi eandem speciem.

CQuedam vero potestates equivoce sunt: possibile enim non simpliciter dicitur. Sed hoc quidem quoniam uerum est: ut in actu non possibile est ambulare: quoniam iam ambulat: et omnino possibile est esse: quoniam iam est aliquid actu: quod dicitur possibile. Illud vero quod forsitan agit: ut possibile est ambulare: quoniam ambulabit.

Hic ponit altam distinctionem: et dicit quod quedam potestates dicuntur equivoce: nam possibile non dicitur simpliciter: sed equivoce hoc est dictum. Possibile: siue potestas duplicitate dicitur. Nam dicit quidam expposito quod possibile dicit analogice de duplice possibili: et ostendit quid est illud duplex. Et dicit quod est quoddam possibile coniunctum cum actu: ut cum dicimus: possibile est aliquem ambulare quando iam actu ambulat: et aliud dicitur possibile quod non est simul cum actu: sed precedit actu: ut possibile est ambulare aliquem: quia ambulabit: adhuc quod non ambulet actu.

Et hoc quidem in nobilibus solis potestas est illa vero et in immobilibus: in utrisque vero uerum est dicere: non impossibile esse ambulare: uel esse: quod ambulat iam et agit: et ambulabile est.

Hic declarat in quibus habet esse utraq; istarum potestatum. Et dicit quod illa potestas que precedit actum habet tamen esse in rebus generabilibus et corruptibilibus: sed alia. s. illa que est simul cum actu habet esse in rebus immobilibus. i. in rebus ingenerabilibus: et incorruptibilibus: et dicit quod etiam illa potestas coniuncta actu habet esse in utrisque. s. in rebus generabilibus et corruptibilibus: et in rebus ingenerabilibus et incorruptibilibus. nihil enim prohibet aliquam res transmutabilem esse uno modo. s. sibi subiectum. alio modo sibi locum et situm ad corpus celeste: ideo bene dicit quod in utrisque est uerum dicere. s. in habentibus potentiam ante actum et cum actu: ut in eo qui ambulat in presenti: et ambulabit in futuro: uerum est dicere non impossibile ambulare: immo possibile: quia equipolleret.

Sic igitur possibile non est uerum simpliciter de necessario dicere. alterum autem uerum est. quare: quoniam partem universale sequitur: illud quod ex necessitate est: consequitur posse esse: sed non omnino.

Hic prius solvit dubitationem: et dicit quod possibile sequitur ad necesse: sed non simpliciter: sed sibi alteram partem sui: hoc est dictum: illud possibile quod ualeat ad opposita: uel illud in quo potentia precedit actu: non est uerum de necesse: id est non sequitur ad necesse: sed alterum est uerum. s. illud quod non ualeat ad opposita: et illud in quo potentia est simul cum actu potest sequi ad necesse. Sed nota quod possibile: quod potest esse cum actu potest esse duplicitate. Quo modo quod ille actus perficiat totam potentiam: et sic sequitur ad necesse: sed illud possibile: quod non perficit actu totam potentiam: ut cum dico sor. currit: ibi actus non perficit potentiam totaliter: quoniam etiam bene posset non currere. Et ideo in istis non sequitur possibile ad necesse: nisi cum reduplicatione subiecti: ut currat quando currit: non oportet plus hic dicere: nisi quod ad necesse sequitur possibile: quod non ualeat ad opposita: et est simul cum actu. Postea confirmat istam solutionem per talen rationem: Ad particulare sequitur universaliter: ut ad sor. sequitur homo: sed necesse est particulare: et possibile universaliter: ergo ad necesse sequitur possibile. Et hoc dicit ibi. Quare quoniam per te universaliter. quod possibile sequitur illud quod est ex necessitate: sed non omnino. i. put ualeat ad opposita: uel illud in quo potentia precedit actu. Et uocat possibile universaliter: quia se habet ad esse et non esse: et necesse dicitur particulare: quia tamen se habet ad esse. Et ita possibile dicit potest genus ad necesse.

Et est quidem fortasse principium quod necessarium est: et quod non est necessarium omnino uel esse: uel non esse: et alia quoadmodum horum consequentia considerare oportet. **D**icit ponit ordinem propositionum modali. Et intendit quod necesse debet precedere omnes alias propositiones modales: et hoc est (ut dicit quidam) propter duas rationes. Prima est (ut quidam formant) primo precedit illud: quod est principium: sed necesse est principium omnium aliarum: ergo debet precedere omnes alias. Minorem ponit in littera quando dicit quod fortasse necessarium et non necessarium est principium esse uel non esse. Ireddedo singula singulis: quod necesse est principium omnium affirmatarum: et non necesse omnium negatarum: ita quod necesse est principium essendi: et non necesse est principium non essendi. Et oportet considerare alia sibi consequentia horum: de necesse est esse: et non necesse est esse: quia ordinantur omnes alias sibi istas. Et iste debet preponi aliis. **P**ropositum antem ex his que dicta sunt quoniam quod ex necessitate est sibi actu est. Quare si hora sunt sempiterna: et que actu sunt: potestate priora sunt.

Hic probat philosophus per secundam rationem: quod ille de necesse priores sunt alijs per rationem tales. Illa que sunt actu priores sunt illis que sunt potestate: sed necessaria cu[m] sunt sempiterna sunt actu: ergo priores sunt illis que sunt potestate. Major tenet: quod que sunt actu sunt priora. nam nihil uadit de se de potentia ad actu: ergo si aliquis sit in potentia: oportet semper quod per aliquid ens actu uadat ad actu. Et ita oportet quod illa que sunt actu sunt priora illis que sunt in potentia. Et propter hoc habent quidam hanc figuram: in qua omnes de necesse preponuntur. **E**the quidem sine potestate actus sunt pri me substantie. alle vero sunt actu cum possibili tate: que natura priora sunt in tempore vero posteriora: alia vero nunquam sunt actu: sed potesta te solum.

Hic auctor incidentaliter ponit quandam distinctionem. Et dicit quod quedam sunt res in actu sine potestate ut substantiae supercelestes et intelligentie: que ita sunt actu quod non in potentia passiva precedente actu. Alia

Quidam potest quod sequitur ad necesse

Proposita de necesse sunt priores atque modali.

Quidam potest ante cedit ac utrum quod amittitur

Lib. II.

sunt in actu cum potestate simul ut omnes res gene
rables et corruptibles; que simul sunt actu cum po
testate. Et additum quod illa que sunt priora natura; sunt po
steriora tempore. Et legitur hoc duplicitate. Unomo
do quod illud que faciat relationem ad illa que sunt actu
sine potestate ita quod dicamus que supra sunt actu si
ne potestate sunt priora per naturam; et alia que sunt
actu cum potentia sunt posteriora tempore; sed hu
ic sententie littera non concordat; propter quod legitur
aliter et melius: ita quod illud que referatur ad illa que
sunt actu simul cum potestate. Et tunc dicemus sic: que
dam sunt in actu simul cum potestate que sunt priora
natura. I. potentia, posteriora tempore. I. in actu.
Nam iste res prius sunt potentia, postea vero in actu:
Postea ponit tertium membrum, et dicit quod aliqua sunt
in potentia: ita quod nunquam in actu. Et datur exemplum: ut
continuum est potentia diuisibile in infinitum. sed nun
quam est actu diuisum in infinitum; sed solum in poten
tia. Similiter apposito in potentia in infinitum crece
re potest: sed actu non est apposito in infinitum.

Quedam se
potentia ar
deo quae
tu nunc
ce patet.

Obiectio.

Solo.

Potentia
passiuadu
plex.

In oppositum Tamen arguitur. Nam fru
stra est potentia que non re
ducitur ad actum. ergo si continuum est in potentia di
uisibile in infinitum: videtur quod actu possit esse diui
sum in infinitum. Ad hoc dicendum quod secundum quod visus
est quod quedam est potentia activa: et ista non est frustra
quia non reducatur ad actum. Nam habere poten
tiam interficiendi plures homines; talis non est fru
stra: et non reducatur ad actum. Alia est potentia passiva:
et ista est duplex. Nam quedam est que non est exi
tata ad actum: et talis non est frustra: et non reducatur
ad actum. Nam materia prima est in potentia passiva
ad oes formas: et nisi sit in potentia ad purum actum:
non reducatur ad actum. Alia est potentia passiva: que
est excitata ad actum: et talis est frustans. Reduc
tur ad actum. Et secundum quod est in potentia secundum hoc habet
reducere ad actum: ita quod si sit in potentia ad purum actum:
est frusta nisi reducatur ad purum actum: sed si sit
in potentia ad actum permixtum potentia: reducitur ad
actum permixtum potentia. Tunc autem continuum est in
potentia ad dividendum in infinitum: et est in poten
tia ad actum permixtum potentia: et non ad purum
actum: ideo non est frustans: et non reducatur ad purum
actum: sed ad actum permixtum potentia reduci de
bet: ad quem est in potentia. Et ideo reducitur ad ta
lem et non ad aliud. Et sic patet qualiter debet intel
ligi illa auctoritas: frusta est potentia que non redu
citur ad actum.

Queritur Utrum ad non possibile sequatur
impossibile? Et probo quod non. Nam
procedendo a duabus causis veritatis ad unam in
cidit fallacia consequentis. Sed ista: non possibile est
esse: habet duas causas veritatis: ergo ad eam non se
quitor hec: impossibile est esse: sed quod ista: non possi
ble est esse: habet duas causas veritatis: patet per
Aristotelem in libro primo priorum: qui dicit quod uni
versalis negativa de contingentibus ad utrumlibet non
conuertitur. Sed aliqui arguant quod bene conuertit
ur: quia bene sequitur: nullum. a. contingit esse. b. er
go nullum. b. contingit esse. a. sed si non contingit nullum.
b. esse. a. tunc quoddam. b. de necessitate est. a. Et
si quoddam. b. de necessitate est. a. per conuersionem
simplicem: sequitur quod quoddam. a. de necessitate est
b. sed ista non potest stare cum prima: ergo prima co
sequentia est bona. Ideo queritur similitudo: ut probant quod
dam. Sed soluit Aristoteles: et vult quod non conuerta
tur simpliciter universalis negativa ad utrumlibet. Et
dicit quod ad istam: nullum. b. contingit esse. a. non sequi
tur ista: quoddam. b. de necessitate est. a. quia ista: nullum.
b. contingit esse. a. habet duas causas veritatis. Una est: quoddam.
b. de necessitate est. a. Alio: quod
dam. b. de necessitate non est. a. et ideo cum duas cau
sas veritatis habeat illa: nullum. b. contingit esse. a.
ad istam non sequitur: ergo quoddam. b. de necessi
tate est. a. Similiter non possibile habet duas causas
veritatis. Et ideo ad illam non sequitur impossibile.
Contra probo quod ista: non possibile est esse: habe
at duas causas veritatis. Quocunq; sunt cause falsita
tis unius oppositi: sunt cause veritatis alterius op
positi: sed ambe esse necesse est et impossibile sunt cau
se falsitatis istius. I. possibile: ergo erunt ambe cause
veritatis istius. I. non possibile. Quid autem hec ambe
scilicet necesse et impossibile sunt cause falsitatis huius:
scilicet possibile: patet. Nam ista est falsa: possibile est
hominem esse alium: quia est impossibile: similiter
ista est falsa: hominem esse animal est possibile: quod
necesse est: et sic iste duo sunt cause falsitatis huius: sci
licet possibile: ergo ambae sunt cause veritatis sui op
positi: scilicet huius non possibile: ita quod ista erit ve
ra: non possibile: quia necesse est non possibile: quia
impossibile. Et sic videtur quod ad istam: non possibile
est esse: non sequitur ista: impossibile est esse. **C**ontra haec
questionem dicendum breviter quod de possibili pos
sumus loqui duplicitate. Unomodo prout se ha
bet ad utrumlibet: scilicet ad esse et non esse. Aliomodo
prout se habet ad esse tamen: et in secunda prout se
habet ad non esse. Et ideo si accipiatur possibile
ad utrumlibet: sic non accipitur in prima linea inter
propositiones modales: sed in prima linea accipi
tur prout se habet ad esse tamen: et in secunda prout se
habet ad non esse. **C**ontra non possibile non habebit du
as causas veritatis: sed solum unam. Per hoc patet
solutio ad argumenta. **C**ontra primum cum dicas per
Philosophum primo priorum quod nullum. b. contingit
esse. a. habet duas causas veritatis. Concedo, quod
accipitur ibi contingit: prout se habet ad utrumlibet.
et non pro uno tamen: et tunc bene habet duas causas
veritatis. **C**ontra aliud cum dicas. quocunq; sunt cau
se et cetera. Concedo. Et cum dicas quod iste duo: scilicet necesse
est: et impossibile sunt cause falsitatis istius: scilicet pos
sibile. verum est: accipiendo possibile ad utrumlibet:
sed in prima linea non sumitur sic: sed prout tamen se ha
bet ad esse.



Utrum autem contraria est affirmatio
negationis: et affirmatio affirmationis: et oratio orationis: que dicit quod
omnis homo est iustus: ei que
est nullus homo iustus est: aut ei que
est omnis homo iniustus est: omnis homo ini
ustus est: et nullus homo iustus est: nullus homo iu
stus est: et nullus homo iustus est: que harum contraria est.

Superius Dixit Philosophus de enuncia
tione penes aliquid additum ad
terminum: id est ad subjectum et predicatum: et etiam ad
compositionem. hic mouet quandam dubitationem
que habet ortum circa precedentiem: et habet duo. Pri
mo mouet dubitationem. Secundo pertractat eam.
Secunda ibi. [Nam si ea que sunt in uoce.] Prima in
duas. Primo mouet dubitationem: et declarat inter
minis universalibus. Secundo in singularibus. Se
cunda ibi. [Ut nullus homo iustus est.] Sequitur illa pars
[Nam si ea] in qua pertractat dubitationem. Et ha-

bet duas. Nam primo docet considerare in opinionibus animae que sunt contraria in opinionibus. Secundo considerat in ipsis opinionibus. Secunda ibi [Nam arbitrari.] Prima in duas. Primo docet considerare in opinionibus que sunt contrarie. Secundo declarat per exempla. Secunda ibi [Dico autem.] Sequitur illa pars [Nam arbitrari.] et habet duas. Primo soluit. Secundo confirmat quoddam dictum. Secunda ibi [Manifestum est autem.] Prima in duas. Primo enim soluit in opinionibus anime. Secundo concludit hoc in enunciationibus. Secunda ibi [Quare si in opinionibus.] Prima in duas. Primo ostendit quod opiniones que opinantur contraria predicata non sunt contrarie. Secundo quod ille que modo contrarie opinantur sunt contrarie. Secunda ibi [Sed in quibus est falsa.] Prima in duas. Nam primo ostendit quod iste enunciationes que opinantur contraria predicata de contrariis subiectis non sunt contrarie. Secundo quod ille que opinantur contraria predicata de eodem subiecto non sunt contrarie. Secunda ibi [Si ergo boni.] Sequitur illa pars [Sed in quibus.] in qua probat quod ille que opinantur contrarie modo sunt contrarie; et habet duas. Primo enim probat hoc per rationes sumptas a causa. Secundo per rationes sumptas a signo. Secunda ibi [Amplius si.] Prima in quatuor secundum quatuor rationes: per quas probat quod ille que contrarie opinantur sunt contrarie. Secunda ibi [Si ergo quod bonum.] Tertia secundum quosdam ibi [Falsus autem.] secundum alios ibi [Contraaria.] Quarta ibi [Illa vero que est quoniam.] Hec est diuersio lectionis. Ad primam partem sic procedit. Noverit quodam dubitationem: et est talis. Utrum affirmatio sit contraria negationi: ut ista: omnis homo est iustus. huic nullus homo est iustus: an oratio orationem affirmatio sit contraria affirmationi: ut huius: omnis homo est iustus: illa que est: omnis homo est iniustus: que est affirmativa de predicato infinito: et contrario: hoc est quod queritur. Utrum enunciationes: que habent contraria predicata: vel contrarie opinantur sunt contrarie: ut omnis homo est iustus sit contraria ei que est: nullus homo est iustus: que contrarie opinantur: vel huius: omnis homo est iniustus: que est de contrario predicato. Declarat similiter in terminis singularibus: ut huius callias est iustus: sit magis contraria: callias non est iustus: que contrarie opinatur: vel illa callias est iniustus: que est de contrario predicato querit que illarum sit magis contraria: an illa que est de contrario predicato: an illa que contrarie opinatur: et hec est dubitatio.

Nam si ea que sunt in uoce sequuntur ea que sunt in anima. Illic autem contraria est opinio contrariis: ut omnis homo iustus est: ei que est: omnis homo iniustus est: etiam in his que sunt in uoce affirmationibus: necesse est similiter se habere. Quod si neque illuc contrarij opinatio contraria est: nec affirmatio affirmationi erit contraria: sed que dicta est negatio. Quare considerandum est que opinio falsa opinionem uere est. Utrum negationis an certe ea que contrarium opinatur.

Hic pertractat dubitationem. Et vult dicere quod ad videndum usrum iste enunciationes que contrarie opinantur vel que de contrariis predicatis sunt: sunt magis contrarie: aspiciendum est in opinionibus anime: cum enunciationes sunt signa opinionum que sunt in anima: ut dictum est in principio huius libri.

Nam si in opinionibus ita sit: quod illa que est contraria predicata sit contraria: similiter erit in enunciationibus ut illa omnis homo est iustus: est contraria illi omnis homo est iniustus: si tamen in opinionibus ita sit: quod illa que contrarie opinatur sit contraria: et non illa que est contraria predicata: similiter erit in enunciationibus: quod illa que est contraria predicata: non erit contraria sed illa enunciatione que opinatur contrario modo: et propter hoc dicit ipse: est considerandum in opinionibus: que opinio uera false sit contraria: aut negationis. s. illa que contrario modo opinatur: aut illa que opinatur contrariis esse predicatum. Postea cum dicit:

Dico autem hoc modo: est quedam opinatio uera boni: quoniam bonum est: alia vero falsa: quoniam bonum non est: alia vero: quoniam malum similiter falsa. Que harum contraria est uera: et si est una secundum quam contraria.

Deducat per exempla. Et dicit quod quedam est opinio boni: quoniam bonum est: et bonum est bonum: alia est bonum: quoniam non est bonum: scilicet bonum non est bonum: que est falsa: et alia similiter falsa: ut bonum est malum: mo ergo que illarum fallarum est opposita huic: scilicet bonum est: vel illa: scilicet bonum non est bonum: vel illa: bonum est malum: cu[m] utraq[ue] sit falsa.

Nam arbitrari contrarias opiniones diffini- ri in eo quod contrariorum sunt: falsum est. Boni enim quoniam bonum est: et malum quoniam ma- lum est: eadem fortasse opinio est: et uera siue sunt plures: siue una: sunt autem iste contrarie: sed non eo quod contrariorum sunt: contrarie sunt sed magis eo quod contrarie.

Hic philosophus prosequitur considerando in opinionibus. Et primo ostendit quod que opinantur contraria predicata de contrariis subiectis non sunt contrarie. Et dicit quod arbitrari contrarias opiniones diffiniri id est determinate dicere: quod sunt contrariorum predicatorum falsum est. Nam dicere istas duas: bonum est bonum et malum est malum: que opinantur contraria predicata de contrariis subiectis est contra- riarum: falsum est: et hoc probat sic: uera nunquam est contraaria alteri uere: sed quod est bene superius declaratur: sed illa que opinantur contraria predicata de contrariis subiectis contrarias esse fallum est. Et hoc probat sic: iste possunt simul esse uere: bonum est bonum et malum est malum. Quare patet quod non sunt contrarie. Et ideo dicit philosophus in littera: quod eadem est opinio fortasse illarum que sunt de contrariis predicationis et subiectis: eadem dicas quantum ad identita- tem ueritatis in species: quod uere sunt: quare patet: quod non sunt contrarie: et ideo dicit quod ita est: siue sit una siue etiam dato quod adhuc essent plures: et dicit quod ista talia predicata: bonum est bonum: malum est malum: non bene sunt contraria: scilicet in eo quod predicatorum contrariorum sunt: non dicuntur opiniones co- trarie: sed magis si: de yna re opinentur contrarie erunt.

Si ergo boni quoniam bonus est: opinio est alia autem quoniam non est bonum: est vero quo- niam aliud aliquid est quod non est: neque pos- test esse: aliarum quidem nulla ponenda est: nec quecumque esse: quod non est opinatur: neque quecumque non esse: quod est. Infinito enim utraq[ue] sunt: et que opinantur esse quod non est: et que non esse quod est.

Lib. II.

Chic uult philosophus ostendere quod illa que opinatur contraria predicata de eodem subiecto non sunt contrarie. Et intendit talem rationem: Tm vnum vni opponitur siue loquuntur de oppositione que est contradictionis: siue de oppositione que est contraria. de contradictione superius philosophus probauit quod vniuersus affirmationis vna est negatio: de contrarie tate similiter satis patet: nam contraria sunt que maxime a se distant. nunc autem quod per superabundantiam dicitur vni soli conuenit: ergo vnum soluz maxime distabit ab alio: quare oportet quod solum vnum sit vni contrarium. Accipiamus ergo rationem tertiam: vnuz vni est contrarium: sed illa que opinantur contraria predicata de eodem subiecto sunt infinita et plura: ergo illa non sunt contraria: consequentiam declarat philosophus in littera: quod illa que opinantur in littera contraria predicata non sunt contraria. Et dicit quod quedam est opinio boni: quoniam est bonum: et quedam boni quoniam non est bonum: et illa opinantur contrarie. Et dicit quod aliquae sunt opiniones que opinantur bonum esse malum: quod non est nec esse potest: ut bonum est malum: bonu[m] est iniuste: bonum est in honestum: et nulla istarum que opinatur esse quod non est contraria prima. Hec etiam ille que opinantur non esse quod est: ut bonum non est iustum: bonum non est honestum: nam iste tales que opinantur esse quod non est: vel non esse quod est infinite sunt: et hec fuit minor: sed in maiori dictum est: quod tamen vni vnum est contrarium, et ideo sequitur quod iste non sunt opposite huic: bonum est bonum. Et vide quod philosophus non accipit hic contrarietatem sicut superius accipiebat quando dixit que vniuersalis affirmativa et negativa erant contrarie: sed loquitur de contrarietate pro oppositione non solum contraria: sed etiam contradictoria.

Sed in quibus est fallacia: hec autem sunt ex his ex quibus sunt generationes. Ex oppositis vero generationes. quare etiam fallacie.

Chic philosophus probat quod ille que contrarie opinantur sunt contrarie. Et primo per talem rationem. Ille que sunt contrarie in quibus est predicatur falso: id est predicatur falsitas: sed quod predicitur falsitas est in illis ex quibus sunt generationes: sed generationes sunt ex oppositis. ergo predicatione falsa est in oppositis: sed ille que contrario modo opinantur sunt ex illis ex quibus sunt generationes. ergo ille que contrario opinantur sunt contrarie. Et nota sum philosophum primo physicorum quod generationes sunt ex oppositis: nam ex non albo fit album: et ex nigro non fit album: nisi in quantum in nigro albū includitur et ita generationes sunt ex oppositis.

CSi ergo quod bonum est: et bonum est: et malum non est: hoc quidem sum sensu illud vero sum accidens. accedit enim ei malum non esse: magis autem in unoquocque est vera que sum se etiam falsa siquidem et vera. ergo ea que est: quoniam non est bonum: quod bonum est eius que sum se est falsa est. Illa vero que est quoniam malum est: eius que sum accidens. Quare erit falsa magis de bono: ea que est negationis opinio: quod ea que est contraria.

Chic philosophus probat per secundam rationem: quod illa que contrarie opinantur sunt contrarie. Et intendit talem rationem: magis uera magis false est contraria: sed ista bonum est bonum: cum sit uera per se et magis uera quod illa: bonum non est malum: que est uera per acci-

dens: et illa bonum non est bonum: est magis falsa quod illa bonum est malum: quod illa bonum non est bonum est falsa per se: illa vero bonum est malum: est falsa per accidens si ergo magis falsa: est magis uera contraria huic: bonum est bonum: que est magis uera erit contraria illa bonum non est bonum: que per se est falsa: et non illa: bonum est malum: et sic illa que opinantur contrario modo erunt contrarie: et non ille que opinantur contraria predicata.

Falsus autem est maxime circa singula quod habet contrariam opinionem. Contraria enim est eorum que plurimum circa id est differunt. Quod si harum contraria est altera: magis vero contradictionis contraria est manifestum est quoniam hec erit contraria.

Secundum quosdam hic incipit tertia ratio: et formatur sic. Illa est magis contraria que habet contradictionem circa singularia: sed iste que opinatur contrario modo: habent contrariam opinionem circa singularia. ergo ille que opinantur contrario modo erunt contrarie. Et dicit quod maiorem huius rationis declarat philos: cu[m] dicit contradictionem sunt que maxime distant a se: et minorem ipse declarat: quod iste que opinantur contrario modo habeat magis contradictionem opinionem circa singularia: nam cu[m] dicitur: omnis homo est iustus: postea quod nullus homo est iustus: habet contrariam opinionem circa singularia. scilicet fortis sit iustus: et non sit iustus. similiter de omnibus singularibus tamen alii dicunt quod ibi contraria.] Incipit tertia ratio: et format ibi talem rationem. Contraria sunt que maxime a se distant: sed iste que opinantur contrario modo maxime a se distant. ergo ille que contradictione modo opinantur sunt contrarie: et non ille que sunt de contrariis predicatis. Illa littera legitur diversi mode.

Illa vero que est quoniam malum est: quod bonum est implicita est. Etenim quoniam non bonum est sine esse est forte idem ipsum opinari.

Chic probat per aliam rationem que talis est. Illa que est implicita non est contraria explicita: sed illa bonum est malum est implicita: alia vero explicita. ergo huic bonum est bonum: est contraria huic: bonum non est bonum: que explicita est falsa. Quare illa que contrarie opinantur: et non ille que sunt de contrariis predicatis: erunt contrarie. Et hoc est quod dicit philosophus.

Queritur utrum isti modi uerum et falsum faciant propositionem modalem. Et videatur quod sic tali ratione: quod non est uerum de superiori non est uerum de inferiori: sed uerum est superiorius ad necessarium. unde omnis propositione necessaria est uera: sed non econtra se. ergo cum uerum sit superiorius ad necessarium: quod non est uerum de uero: non est uerum de necessario. et sic si uerum non faciat propositionem modalem: nec necessarium faciet: sed necessarium bene facit. ergo et uerum facere videtur. **P**reterea propositione modalis dicit a modo determinate compositionem: sed uerum et falsum determinat compositionem. ergo videtur quod faciant propositionem modalem.

In oppositum arguitur per signum. Nam Aristoteles in libro isto quod determinat compositionem et consequentiam propositionum modalium: non facit mentionem de uero et falso. Quare videtur quod isti modi non faciant propositionem modalem. **P**reterea prius priorum.

Boni
nō est
nā ma
falso b
si car
b: nā
malut

Uteri e
qd sibi

¶ Deriermenias.

quando dat mixtionem istarum de modo et de inesse non facit mentionem de uero et falso: videtur igitur quod isti modi non faciant propositionem modalem. **C** Ad hoc videlicet est qualiter dicatur propositione modalis. Unde sciendum quod quidam modi determinant alterum extremum compositionis, id est predicant ut sortes currit. Unde se ueris est quod cursus sortis sit bonus, et talis modus non facit propositionem modalem. Alius est modus qui determinat compositionem: ut isti possibile impossibile necessarium et ceterum: isti enim modi determinant compositionem. Ampliant enim quo ad tempus: ut possibile et contingens usque ad tempus futurum: sed necesse et impossibile quo ad omnem tempus. Nunc autem iste propositiones addunt quendam specialem modum super illas de inesse. Nam ille de inesse sunt uera: quando predicatum inheret subiecto uera. Unde dato quod cursus sicut omni homini hec non est uera: omnis homo currit necessario. Et sic patet: qualiter modales addunt modum speciales super illas de inesse. Nunc autem iste de uero et falso non addunt talem modum specialem: nam sunt uera simpliciter ex inherentia predicationis ad subiectum, nam si cursus inest homini: hominem currere est uerum: sicut ista: homo currit ita quod non addunt iste de uero et falso aliquem modum specialem supra illas de inesse. Ideo dico quod isti modi uerum et falsum non faciunt propositiones modales. **C** Ad argumenta dicendum. Ad primum cum dicas quod unum oppositum nunc sit alterum locedo. Et cum tu dicas quod propositione de inesse potest fieri propositione modalis. Dico quod non est uerum. Unum bene est uerum quod maliter in quibus est propositione de inesse potest postea esse modalis: sed tamen potest de inesse sub tali forma non est modalis. **C** Ad aliud cuius dicas: quod si propositiones de inesse modales differerent species: ad unam non sequeretur alia. Dico quod hoc non est uerum, nam aliqua propositione potest sequi ad alias que differt ab eadem in specie: ut ad ista sortes est homo, sequitur ergo: sortes non est a simili. et tamen iste due differunt species.



Proplus si etiam in alijs oportet similiter se habere: et hoc modo vide retur bene esse dictum. Aut enim ubi quod ea que est contradictionis: aut nullum quod, quibus vero non est contrarium: de his est quidem falsa: ea que est uera opposita: ut qui hominem non putat esse hominem: falsus est si ergo he contrarie sunt etiam et aliae que sunt contradictionis.

Dicitur philosophus probavit superius per rationes sumptas a causa: quod iste que contrarie opinantur sunt contrarie et non illae que sunt de contrariis predictis. hic probat per rationem sumptam a signo quod ille que contrarie opinantur sunt contrarie: et cum hoc sequitur illa pars. Quare si in opinione, in qua solutionem datum in opinionibus applicat in enunciationibus: et cum hoc sequitur ista pars manifestum. In qua probat quoddam simul positum: et sic sunt tres partes principales in lectione. Prima in duas finit duas rationes. Secunda ibi. [Amplius si similiter.] Tertia in tres. Primo ponit maiorem. Secundo minorem. Tertio conclusionem. Secunda ibi. quibus vero non est. Tertia ibi. [Ergo he contrarie.] Sequitur illa pars manifestum est quoniam non interest. Prima in tres. Nam primo ponit maiorem. Secundo minorem cum sua declaratione. Tertio conclusionem. Secunda ibi. [Illi ergo que est non bonum.] Tertia ibi. [Quare et ei que est.] Sequitur illa pars manifestum. Et huiusduo. Primo enim remouet dubium. Secunda ibi. [Manifestum est quoniam non interest.] Prima in tres. Nam primo ponit maiorem. Secundo minorem cum sua declaratione. Tertio conclusionem. Secunda ibi. [Illi ergo que est non bonum.] Tertia ibi. [Quare et ei que est.] Sequitur illa pars manifestum. Et huiusduo. Primo enim remouet dubium. Secunda ibi. [Manifestum est quoniam non interest.] Sequitur illa pars. [Quare si in opinione.]

Queritur Utrum propositiones modales et de inesse different species? Et videtur quod sic nam magis differunt, propositiones de modo et de inesse quam affirmativa et negativa: sed affirmativa et negativa differunt species patuit per philosophum superius quando dixit: quod propositionum alia affirmativa alia negativa: et hic est divisio generis in species: et si affirmativa et negativa differunt species, multo fortius propositione modalis et de inesse species differunt: cum magis differant. **C** Preterea illa que differunt in forma differunt in species: sed propositiones modales et de inesse differunt in forma. ergo differunt in species. Quod autem in forma differant patet: nam in illis de inesse forma est inherentia predicationis ad subiectum: sed in modalibus forma est determinatio compositionis: et ita cuicunque differant in forma debent differre species.

Oppositum patet Nam unum oppositum non sicut nunc sit alterum: sed propositione de inesse sit modalis: ergo non differunt species. Major de se patet. quod unum oppositum nunc sit alterum. Minor patet quod propositione de inesse sit modalis: quia cum dicitur: homo est

Lib. II.

in qua applicat solutionem in opinionibus datam ad enunciations. Et dividitur in duo. Primo ostendit quod enunciations que contrario enunciant sunt contrarie; et declarat in contrariis. Secundo gratia huius exemplificat de contradictorijs. Secunda ibi [Contradictorie autem.] Sequitur illa pars [Manifestum.] et hoc duo. Primo enim repetit illud suppositum. Secundo probat [Contraria sunt.] Hec est divisio lectionis et. Ad primam partem sic procedit: et intendit probare per duas rationes sumptas a signo. Quod iste enunciations sive opinions que contrario opinantur sunt contrarie; et non ille que sunt de contrario et predictatis. Prima ratio talis est. Sicut est in illis opinionibus in quibus predicata non habet contraria; ita debet esse in illis in quibus predicata habent contraria. sed in illis opinionibus in quibus predicata non habent contraria sunt contrarie ille que contrario modo opinantur. ergo similiter in illis in quibus predicata habent contraria erunt contraria que contrario modo opinantur; et non que sunt de contrario predictato. maiorem ipse declarat dicens: quod ubique dicuntur esse contraria illa que sunt contradictionis. I. que contrario modo opinantur: aut nesciunt: et ita patet modo illa maior quod sicut est in illis opinionibus in quibus predicata non habent contraria; ita debet esse in aliis. Minorem ipse declarat quod in illis in quibus predicata non habent contraria sunt contrarie ille que contrario modo opinantur. Nam contra huius homo est homo; et illa que contrario opinatur homo non est homo; ergo similiter in illis in quibus predicata habent contraria; et sic contraria huius bonum est bonum; et ista bonum non est bonum; que contrario modo opinatur.

Conclusus similiter se habet opinio boni: quoniam bonum est; et non boni quoniam non bonum est; et super has boni; quoniam non bonum est; et non boni quoniam bonum est; illi ergo que est non boni quoniam non est bonum uere opinioni; que est contraria. Non enim ea que dicit quoniam malum est; simul enim aliquando erunt uera. namque enim uera uere contraria est. Est enim quoddam non malum bonum; quare contingit simul esse ueras. At vobis illa que est quoniam non est malum. uera enim et hec simul enim et hec erunt. Relinquitur ergo ei que est non boni; quoniam non est bonum; contraria ea que est non boni quoniam bonum est; falsa enim hec. Quare et ei que est boni quoniam non est bonum; ei que est boni quoniam est bonum.

Hic philosophus probat per secundam rationem: et tenet per locum a permutata proportione. Et ideo debes hic notare quod ubique arguitur a permutata proportione: debet esse quatuor. s. primum secundum tertium quartum: ut patet in numeris. nam sicut se habent duo ad quatuor; ita sex ad duodecim; ergo a permutata proportione: sicut duo ad sex; ita quatuor ad duodecim; et si ita arguitur necessario tenet argumentum. Modo ergo vide quod philosophus arguit a permutata proportione. arguit enim sic. sicut se habent non bonum non est bonum; ad istam: bonum est bonum: ita se habet ista: non bonum est bonum; ad istam: bonum non est bonum; ergo permutatum sicut se habet non bonum non est bonum; ad istam: non bonum est bonum: ita se habebit ista: bonum est bonum; ad istam: bonum non est bonum; sed ista non bo-

num non est bonum; est contraria huic: non bonum est bonum: ergo illa: bonum est bonum: est contraria huic: bonum non est bonum. Et sic ille que contrario modo opinantur erunt contrarie; et non ille que sunt de contrariis predictatis; in hac ratione sic procedit: quod primo ponit maiorem: secundo minorem cum sua declaratione ibi. Illi ergo que est. Declarat ergo ibi quod iste non bonum non est bonum: est contraria iste: non bonum est bonum. Nam huius non bonum non est bonum: non erit contraria ista: non bonum est malum: uel illa: non bonum non est malum: nam ista: non bonum est malum: non est contraria illius: non bonum non est bonum: nam uera non contrariatur alteri si uere: sed iste ambe sunt uera. s. non bonum non est bonum: et non bonum est malum: nam ista est uera: non bonum est malum: quia latro qui est quoddam non bonum est malum. similiter ista est uera: non bonum non est bonum: quia latro qui est non bonum: et ita cum sint simul uera ille due. s. non bonum non est bonum: et non bonum est malum: non erunt contrarie: postea probat quod illa: non bonum non est malum: non sit contraria huic: non bonum non est bonum: per eandem rationem. Nam uera non est contraria alteri uere: sed iste due ambe sunt uera: non bonum non est bonum: et non bonum non est malum de prima patet quod sit uera. s. quod non bonum non est bonum. De illa similiter est planum quod sit uera. s. non bonum non est malum: quia puer in cunis iaceat est non bonus bonitate moris: quia nondum fecit bona opera: neque etiam debet dici malus: quia tam parvus fecerit mala opera: et sic est ista uera: non bonum non est malum. nam puer qui non est bonus: non est malus: et sic cum sit uera: et alia similiter. s. non bonum non est bonum. sequitur ergo quod non sunt contrarie. Nam (ut dictum est) una uera non est contraria alteri uere. Quare concludit: postquam huic non bonum non est bonum: non est contraria illa: non bonum est malum: neque illa: non bonum non est malum: quia omnes sunt uere: relinquitur ergo quod huic non bonum non est bonum: sit contraria illa: non bonum est bonum. Ex hoc concludit similiter quod huic: bonum est bonum: erit contraria illa: bonum non est bonum: ut probatum est per locum a permutata proportione. Et ita patet quod iste opinions que contrario opinantur erunt contrarie et non ille de contrariis predictatis et.

Conclusus est ergo: quoniam nihil interest nec si uniuersaliter ponamus affirmationem. Huic enim uniuersalitis negatio erit contraria: ut opinioni que opinatur quoniam omne quod est bonum: bonum est: que est quoniam nihil horum que bona sunt: bonum est. nam ea que est boni quoniam bonum est: si uniuersaliter sit bonum: eadem est ei que opinatur: quoniam quicquid bonum est: bonum est. Similiter autem et in non bono.

Hic philosophus removet dubium. Superius deducit ipse exemplum in propositionibus indefinitis: ut bonum non est bonum: bonum est bonum. Credet aliquis quod non est similiter in uniuersalibus: istud removet dicens quod si affirmatio sit uniuersalis non differunt. nam similiter contrariatur negationi uniuersali. Et hoc declarat per exemplum dicens quod illi opinioni que opinatur: omne bonum est bonum: est contraria illa que dicit: quoniam nihil eorum que sunt bona est bonum: id est huic: omne bonum est bonum: est contraria: nullum bonum est

Enunciati
otus qd.
ria opina
tur sit co
trarie.

Quod
possit
pellari
bonu
et mal

Quod
possit
pellari
bonu
et mal

Lóra
tas reg
ppóni
vnivers

bonum. Unde dicit philosophus quod opinio que opinatur quod bonum est bonum; si sumat universaliter erit eadem; ut omnino bonum est bonum; et similiter de non bono si non bonum subiciatur.

CQuare si in opinione sic se habet; sunt autem he que sunt in uoce affirmationes et negationes note earum que sunt in anima: manifestum est; quoniam etiam affirmationi contraria qui dem est negatio circa idem universalis ut ei que est quoniam omne bonum: bonum est; uel quo niam omnis homo bonus est ea que est quoniam nullum uel nullus contradictione autem; quoniam non omnis aut non omne.

Chic philosophus postquam ostendit qualiter sit in opinionibus modo applicat suam solutionem in enunciatis. Et dicit postquam ita est in opinionibus: quod ille que contrario modo opinantur sunt contrarie et enunciationes sunt signa ipsarum opinionum; manifestum est quod in enunciationibus est contraria affirmatio negationi. I. ille que contrario modo enunciantur; ut omne bonum est bonum; nullum bonum est bonum: et omnis homo est bonus; et nullus homo est bonus. Et quia dedit modo exemplum de contradictionibus: ideo gratia huius modo exemplificat de contradictionibus. Et dicit quod contradictiones sunt ut omnis homo est bonus; non omnis homo est bonus; aut omne bonum est bonum; non omne bonum est bonum: et sic de aliis et ceteris.

CManifestum est autem quoniam et verae uero non contingit esse contrariam; nec opinione nec contradictionem.

Chic philosophus intendit probare quoddam suppositum in illa parte. Non arbitrari. Quod probat quod opiniones que opinantur contraria predicata de contradictionibus non sunt contrarie. Supposuit enim quod uera non est contraria alterius uero; et simili ter hoc supponit in lectione et modo repetit ut probet illud dictum. quod manifestum est supra ex dictis quod uera non contingit uero. I. esse contrariam neque opinionem nec contradictionem aliquam.

CContrarie enim sunt que circa idem opposita sunt. circa eadem autem uerum contingit dicere eundem: simul autem non contingit eidem inesse contraria.

Chic philosophus probat illud suppositum: et intendit talem rationem. Contraria circa idem non possunt esse simul; sed uera circa idem possunt esse simul; ergo uera non est contraria alterius uero. Circa istaz rationem primo ponit declarationem maioris cum dicit[contraria enim.] Secundo declarationem minoris cum dicit[Circa eadem.] Maiorem cum dicit[si] simul autem eadem.] Hec est sententia lectionis et per consequens totius periermenias et ceteris.

Queritur adhuc circa propositiones modales. Utrum modus predicetur in illis; et uerbum subiciatur? Et videtur quod modus non predicetur: quia determinatio compositionis non est alterum extremum compositionis: sed modus est determinatio compositionis: ergo non est alterum extreum; et ita non est predicatum: et sic modus non predicit in istis propositionibus modalibus. Itē si modus predicaretur in istis propositionibus: et dictum quidem subiceretur: tunc cum dictum sit singulare omnes propositiones modales essent singulares: et sic ex ipsis non contingere syllogizare: quod tamen est falsum. Nam sit bene syllogismus ex moda-

libus: ut hic cum dicimus omnem hominem currere est possibile: sor. est homio. ergo sor. currere est possibile. et ita cum sillogizamus ex modalibus: patet quod non omnes sunt singulares: et sic non subicietur dictum: quod est singulare: quia tunc sunt singulares.

Oppositum patet per philosophum qui dicit superius quod quatuor sunt oppositiones: sicut patet in illis dictis: esse et non esse. et sic patet quod modi predicantur in illis modalibus.

Ad hanc questionem dicendum quod modi predicantur in istis modalibus: mediante tamen uerbo: et uerbum subiciatur quando uerbum est infinitum modi: sunt isti modi quatuor: et differunt ad se inuicem. Nam isti modi possunt ampliare compositiones: et hoc potest esse tripliciter. Unomodo quantum ad esse per mixtum potentie: et sic sunt possibile et contingens. Aliomodo quantum ad purum esse: et sic est necesse. Aliomodo quantum ad priuationem puri esse: et sic est impossibile. Et nota quod possibile et contingens differunt. Nam possibile dicitur absolute non per comparationem ad suam causam quam habet, et ideo distinguuntur quoddam contingens ut in paucioribus et quoddam ut in pluribus: et quoddam ad utrumlibet. Exempla fuerunt superius visa. Et nota propter solutionem argumentorum: quod cum dicimus hominem currere est possibile: hic est duplex compositionis. Una est compositionis in ipso dicto: ut sortem currere: que tantum ualeat sicut ista: sortem currentem esse. Et est ibi alia compositionis principalis: cum dicimus hominem currere est possibile: et ista compositionis importatur per li est: quod est uerbum principale: nunc autem modus iste possibile: est predicatum: et pars principialis compositionis: et non determinat ullam compositionem principale: sed determinat compositionem ipsius dicti cum dicimus ita: hominem currere est possibile: et possibile determinat compositionem importatam per illud dictum currere. Utterius notandum propter solutionem secundi argumenti: quod iste propositiones possunt sumi tripliciter. Unus modo quantum ad subiectum enunciationis. Alio modo quantum ad subiectum locutionis. Et dicitur in istis subiectum enunciationis totum dictum. Subiectum autem locutionis dicitur illud de quo fit locutio: ut hominem currere uel sor. nunc autem iste enunciationis si considerentur quantum ad subiectum enunciationis: quod est dictum: cum illud dictum sit singulare omnes possunt dici singulares. Sed si considerentur quantum ad subiectum locutionis possunt dici universaliter uel particulares uel indefinite et singulares: ut omnem hominem currere est possibile: universaliter est: hominem currere est possibile: indefinita est: sed cum dicimus quandam hominem currere est possibile: particularis est: sor. currere est possibile: singularis est. Sed si considerentur omnes iste quantum ad subiectum enunciationis quod est totum dictum: et dictum quodlibet sit singulare: et unum non est aliud: sed unum est diversum ab alio: fm hoc omnes possunt dici singulares. Per hoc patet solutio ad obiecta et ceteris.

Ad primum cum dicimus illud quod determinat compositionem non est alterum extremum compositionis. Concedo: illius compositionis quam determinat. Unde (ut visum est) iste modus possibilis: cum dicitur sortem currere est possibile: bene est alterum extremum compositionis principalis et non determinat compositionem principalem sed determinat compositionem ipsius dicti ut visum est

Bona quod
modi pat-
cant modi
modalibus
et
dicitur
in modi
subiectur

Potest et
rigeat
triplex et
contingens.

Duplex et
cetero in
partibus.

Subiec-
tum enun-
ciationis.
Subiec-
tum locutionis

Enunciati-
onis sunt
opio
num.

Seru no-
stra ale-
ri uero,

Modus
est determi-
natio co-
ponitur.

Ex moda
libus sit illo

Lib. II.

Ad aliud cum dicas q̄ si modus predicaretur et dictum subiceretur: tunc cum dictum sit singulare: omnes propositiones modales essent singulares: et sic non contingere et illogicare: quod falsum est. Ad hoc iam patuit solutio q̄ si considerentur iste modales quantum ad subiectum enunciationis: sic bene possunt dici omnes singulares quantum ad subiectū locutionis: sicut non sunt omnes singulares: ut visum est. Et intellige quod dictum est: q̄ in modalibus debet verbum subici ueritatem habet quando modus

accipitur nominaliter: et est uerbum infinitivū modi: aliter autem non: ut homo necessario est animal: ibi non subicitur uerbum quia non est infinitivū modi: et tamen est propositio modalis. Et sic patet ex predictis qui sunt modi facientes propositiones modales: et q̄ uerum et falsum non faciunt propositiones modales: sed solum isti quatuor predictū modi qui addunt modum specialem. Et ista circa lectionē sufficiant: et per consequens circa totum librum perierit menias.

VENETIIS PER SIMONEM
DE LVERE.
X. DECEMBRIS. M. DVII.

Registrum.

A B C D E F G H I K L

Primus et ultimus quartus. alijs terci.

qnt. 7.

